

*De figuris lapidum, &c.*

ius Descriptione nondum edita, præstans nobilitate & doctrina vir Ioan.  
Guil. Reiffestenius: Ossa verò, inquit,  
quæ illic insolitæ magnitudinis effodiuntur, multi impostores pro Mono  
cerotis fragmētis, simplicioribus ven  
dunt: sed quia vicinis hæc fraus nota  
est, ad remotiora loca se conferunt  
nebulones.

De Asteria gemma quæ inclusam  
lucem pupillæ modo quandam con  
tinet, ac trāsfundit cum inclinatione  
velut intus ambulantem ex alio atq;  
alio reddens, diximus suprà Cap. 2.

Oculi simi  
tudo.

Solaris est lapis, q. Solis oculus ap  
pellatur, figuram habens pupillæ, ex  
qua lumen emicat, Marsilius Ficinus.

Zmilaces in Euphrate nascit, Pro  
connesio marmori similis, medio co  
lore glauco, Plinius. Agricolæ hæc vi  
detur esse facta ex id genus marmore,  
cuius fragmenta, vt fieri solet, fluuius  
detulerit. Camillus Leonardus apud  
Plinium legit Zmilaces seu Zmilan  
this,